

nomini Dedonem et Hincricum marchio-
nem de Gledborg seniores et Conradum
comitem, qui a paganis occisus fuit.
Iste Hincricus de Gledborg duxit uxorem
Gertrudem, que erat de Brunswick^{swick} genuit
que ex ea Hincricum marchionem de Gled-
borg juniorem, qui Conradum comitem
de Witten captivavit, ut infra dicetur.

missus.

Hic Hincricus mortuus fuit sine heredi-
tus, cuius marchiam Conradus comes
et primus marchio Missensis et
Lusacie, ut plenius in sequentibus dice-
tur, dono Lotharii imperatoris obtinuit.

Quartus filius Gero, frater Thymonis,
comes de Brene^{rene}, duxit Bertam, relictam
cuiusdam Sopponis de Wippera, genuit
que ex ea tres filios: Theodericum comitem
et Wilhelmum comitem de Kamborch
et Guntherum Cricensem episcopum
et duas filias, Willam^{Garpstaden} Garpstadensem
abbatissam et Thebergam^{Theber} prepositam
monasterii de Gerenzode. Huius Sopponis
frater fuit Conopentor de Wippera.

Quintus filius, Conradus comes, frater
Thymonis, duxit uxorem sororem Theo-
derici senioris de Kathelenburg, que
Othildis dicebatur, peperitque ei
filiam nomine Bertam quam duxit
Berengerus comes, frater^{Lodewici} Lodewici comitis
de Thuringia, genuitque ei filium Conra-
dum et filias quatuor, quarum una Ro-
negundis accepit Thymo de Wippera, que
genuit Lodewicum.

Sextus filius Riddagus mortuus est sine
liberis. Hidda soror ipsorum nupsit duci
Bohemico et genuit Guntherum patrici-
um Aquileiensem.

+ f. ccliii.